

qua comite. Illud in Hispanicis femi-
nis laudandū, quod priscarū Romana-
rum instar uino plurimum abstinēt, il-
lud uituperandum, quod collyrio, mi-
nio & cerusa faciē deformant, quia na-
tuo colore sunt minore quā Gallia-
cā. Habētur etiā Hispani in religionis
ritibus supra mortales omnes supersti-
tiosi: per regis solū & eius uitam genti-
litio more iurāt, & oscula manuū in sa-
lutationibus supplicant. Nomen ali-
quod à paucis annis bellica fortitudi-
ne Hispani sunt adepti plurimis ab ho-
ste partis uictorijs, ut qui laborū, sitis,
& famis in acie sint tolerantissimi, &
in stratagematibus cautissimi, leui cor-
pore, ut facile hostē fugiant & sequan-
tur. Frugalis uitæ sicut & Itali, nec tan-
tum cibi & potus ut Galli & Germani
absumentes: nisi sint inuitati, nam tunc
se ad saturitatem explent edulij, quia
rara eis & maiori auiditate accidūt con-
uiuia. Oceani nauigationibus ad incō-
pertas regiones toto orbe sunt clarissi-
mi. Versus meridiē Africa fines primi
circumnauigauere, ad usq; Calecut &
alias orientis insulas: quod iter Lusita-
norum siue Portugalensium est pecu-
liare. Ad occidentem Castellani pro-
gressi, post insularum auro diuitū mul-
titudinem, quam inuenere & imperio
suo subiecerē, ad ipsum etiam Orienta-
lis India cōtinentem sunt perducti: in
quo indies magis & magis lustrando
persistunt. Regionum quoq; quæ sub
Australi polo sunt, notitiam nuper ad-
epti. De Hispania Iosephus & anti-
quus Berosus sic scribūt. Tubal nepos
Nohe primus in Betica fuit rex, con-
diditq; urbem & à se Tubal denomina-
uit. Is cum rem pecuriam cum subdi-
tis exerceret, uicinā prouinciā Tarra-
conēsem appellauit, quasi תרבות ארצה
quod sonat boum possessionem. Post
eū regnauit Iberus, à quo fluuius Iber
& regio Iberia denominationem acce-
perunt. Sextus rex uocatus fuit Bxtus,
à quo & regio illa Beticæ nomen sorti-
ta est. Decimus rex, Hispanus, uel ut
alij asserunt, Hispalus appellatus fuit,

à quo & tota regio, Hispaniæ nomen
adepta est. Duodecimum regem aiunt
fuisse Hesperū, à quo Hispania quoq;
Hesperia appellata est. Decimussepti-
mus fuit Lulus, unde Lusitania nomen
accepit. Et cum Romani rebus in Hi-
spania potirētur, diuisa est regio in Be-
ticam & Tarraconēsem, durauitq; hæc
partitio usque ad tempora Attilæ, qui
aliam in regione illa fecit prouinciarū
diuisionem. Nouissime in quinque di-
scriminata est Hispania regna, nempe
Galiciæ, Nauarra, Castellæ seu Casti-
liæ, quæ & Legionis regnū uocata est,
Cataloniæ, cui & Arragonia annexa
est, Portugalliæ & Granatæ. Galiciæ re-
gnum amisso legitimo hærede Tarra-
conensū incorporatum est.

Inter duas Baleares insulas, maior
abest ab Hispania diei unius nauigatio-
ne. Minor ad orientem spectat nutri-
ens plurima utriusque generis armen-
ta, præcipue mulos, qui & sunt magni
& sonora uoce. Vtraque insula ferilis
est, referta habitatoribus qui scilicet 30.
hominum millia excedunt. Oleo ca-
rent. Habitant in faxis concauis, iux-
taq; præcipites petras. Aureo nummo
aut argenteo non utuntur. Mulieres su-
pra modū diligunt, ut mulierem à præ-
donibus captam, tribus aut quatuor re-
dimāt uiris. Cum olim cum Carthagi-
nensibus militassent ex stipendio im-
penso, mulieres ac uinum emptum se-
cum tulere. Funda utuntur in prælio, et
iaciūt lapides ita robuste, ut ab aliquo
tormento lapis missus uideatur. In ur-
bium expugnatione lapidū iactu eos
qui supra ex propugnaculis mœnia tu-
entur, uulnerant. Ita recte propellunt
lapides, ut raro effugiat ictū appetitus
locus, quod ei cōtinuus à pueritia usus
præbet, à matribus ad id certamen co-
actis. Imponunt enim supra erectum li-
gnum panē pro signo quod iactu pe-
tant, neq; antè cibum capiūt, quā pa-
nem lapide eiectum pro cibo sumunt
permissu matris.

Quorundam